

Dr. 77. 11. 8



Dr. phil. hum. 110 1000 26



1706

21. Strykias, Samuel : De controversis fori miscellaneis  
22. Strykias, Samuel : Dissertatio iuridica, sistens de ceteris  
Ius casuum controversorum. 2 Baupt.
23. Strykias, Samuel : De incerta antiquorum decisione.
- 24<sup>o</sup> Strykias, Samuel : De operis uxorum. 2 Baupt. 1706 - 1711.
25. Strykias, Samuel : Dissertationis iuridice extricatae resolutiores  
practicum casum.
26. Strykias, Samuel : De possessione per contumiam et  
affercita.
27. Strykias, Samuel : Disputationis iury. ostihens resolutiones  
casum in prouincia ventilatorum.
- 28<sup>o</sup> Thomae, Christianus : De perpetuitate debitorum  
pecuniorum 2 Baupt.
29. <sup>o</sup> Thomae, Christianus : De aequitate carabinaria. 3 Baupt.  
1706 - 1713
30. Tritschlerius, Ignatius : De vita et scriptis Clementis Alen-  
trini.

und die, die es sind, und  
deren Anzahl war ab  
gerufen wurde durch die Zahl der  
Personen umgangt und auf den  
Wiederholungen standen. Durch diese  
Zahl wurde ergänzt die Anzahl der  
Vorlesungen, die mit dem  
Unterricht verbunden waren.  
Die Anzahl der Vorlesungen war  
durch die Anzahl der Personen  
umgangt und auf den  
Wiederholungen standen. Durch diese  
Zahl wurde ergänzt die Anzahl der  
Vorlesungen, die mit dem  
Unterricht verbunden waren.

2. 72. 118  
CONVERSII  
TOMI I. ANEIS.

AD M. G. VON WILHELMO,  
DUCIS FRANCORVM.  
WILHELMO.  
FRANCORVM.

BY M. G. VON WILHELMO. K.

VERDES.

15/6.

DISPUTATIO INAUGURALIS  
exhibens 1706 27. II. 9  
**RESOLUTIONES**  
**CASUUM IN POME-**  
**RANIA VENTILATORVM,**

QVAM  
IN REGIA FRIDERICIANA ACADEMIA,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPĒ AC DOMINO,  
**DN. PHILIPPO WILHELMO,**  
PRINCIPĒ BORUSSIÆ, MARCHIONE BRANDENBURGICO  
DUCATUS MAGDEBURGI GUBERNATORE, &c.

P R A E S I D E  
**DN. SAMUELE STRYKIO, JCto,**

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSLÆ  
CONCILIARIO INTIMO, PROFESSORE PRIMARIO,  
ET FACULTATIS JURIDICÆ ORDINARIO,  
PATRONO SUO VENERANDO,

IN ALMA FRIDERICIANA  
*PRO LICENTIA*

Summos in utroque Jure Honores & Privilegia

Doctoralia rite consequendi,

IN AUDITORIO MAJORI

Horis ante & pomeridianis

D. Septembris. A. O. R. M DCCVI.

Publicæ eruditorum examini submittit

**JOACH. CHRISTIANUS PONATH,**

Advocatus Dicasterii Regii Pomeraniæ Ordin.

HALÆ MAGDEBURG. Typis Johannis Jacobi Krebsii, Academ. Typogr.



## INGRESSUS.

Uod quondam patricio & nobili, causas oranti, turpidi versum est, a Quinto Mutio jus ignorare, in quo versaretur; hoc quam maxime Patroni causarum sibi dictum existiment, qui in inquirendis juribus peregrinis intempestivam saepius impendunt operam, sed jura domestica plerumque vel leviter tangunt, vel plane negligunt; cum tamen ita comparatum sit cum juris prudentia Romano-Germanica, ut pro diversitate Provinciarum praxis variet, & quod in hoc loco observatur, alibi recitetur, & ubique ad Provinciarum mores & judiciorum observantiam recurritur. Quapropter, cum mihi pro consequendis summis in utroque jure honoribus pro more in Academiis recepto specimen aliquod in cathedra publica edendum sit,

X2

nemo

4 RESOL. I. DE LITE IN POSSESS. MOTA, VERUM  
nemo mihi vitio vertet, si loco specialis  
cujusdam materiæ casus certos in Pome-  
rania, patria mea charissima ventilatos  
cum rationibus dubitandi & decidendi  
deducerem, eosque publicæ eruditorum  
disquisitioni submitterem, ut ita ad patrii  
juris notitiam eo commodius mihi viam  
aperirem. Factum est hoc in præsentibus  
pagellis, quantum per temporis inopiam  
licuit. A te autem, benevole Lector,  
omnibus modis contendeo, ut quæ  
desunt, favore tuo suppleas. Deus au-  
tem O.M. felicem laboris suscep-  
sum largiatur.

#### RESOLUTIO I.

De

Lite in possessorio mota, verum sen-  
tentia in petitorio lata.

Casus  
I.

**I**N pago quopiam citerioris Pomeraniae Jurisdic-  
tio omnimoda ad Ecclesiam S. Mariæ pertinet, licet vicini  
prædii equestris possessoribus quædam servitia a ru-  
sticis debeantur; contentio vero orta fuit inter Eccle-  
siam & dominos servitorum, an his facultas compe-  
rat,

SENTENT. IN PETITOR. LATA.

5

tat, rusticos, servitia recusantes, propria auctoritate pignoribus captis coercendi, an vero potius Administratores Ecclesiae, ad implorationem dominorum, vi competenter Jurisdictionis ordinariae debeant rusticos ad debita servitia compellere. Prius domini servitiorum arrogare sibi conati sunt, eaque propter hac re in judicium delata, cum Ecclesia ageret super turbatione in exercitio jurisdictionis competentis, pronunciabatur à Regimine aulico, dominis servitiorum competere Jus pignorandi, & exproadbandum esse Advocato Ecclesiae, quod is temere de hac re litem moverit. Postquam igitur hanc sententiam Ecclesia per appellationem suspendit, quæstio nascebatur: an non hic in possessorio, nullatenus autem in petitorio debuerit pronunciari; indeque publicata sententia per appellationem impugnari possit?

Evidem, si appareat justa petitorii caussa, non opus est, ut super possessorio pronunciet judex, sed statim in petitorio sententiam ferre potest, si clausula salutis in libello adjecta fuerit. Hartman Pistor, Part. I. question. 45. num. 24. Carpzov. de Process. tit. I. art. 5. n. 28.  
¶ 30. Hic autem justa caussa dominorum sat manifesta fuisse videtur, dum hi provocabant ad transactionem Uckermundanam de Anno 1562. d. 13. Aug. per quam Ecclesia possessoribus praedii dominantis potestatem concederat, rusticos servitia recusantes pignoribus aut carcere coercendi. Quæ verba jus pignorandi dominis competens, fatis videntur liquidum & manifestum reddere; & quemadmodum transactio rei judicatae comparatur L. 20. C. de trans. indeque habetur pro veritate L. 25. ff. de stat. hom. itanon opus fuisse videtur diu in re clara querere de possessione, sed judicem, ut lites abbrevientur, statim in petitorio pronunciare potuisse.

Rat. Dubit.

42.

52.

6.

A. 3.

Verum

## 6 RES.I. DE LIT. IN POSSESS. MOT. VERUM

7. Rat. Decid.

Verum enim vero, quia praesenti casu non domini servitiorum, sed Ecclesia actoris partes sustinebat, quippe quae non solum coram Regimine Regio, sed etiam coram Dicasterio aulico, contra turbantes in sua possessione, 8. actionem instituit, & sic prima provocavit ad judicium, per l. in tribus 13. L. Qui appellat. 29. ff. de Judic. Sed etiam ab 9. ipsis praedii dominantis possessoribus in actis sepius, precepit vero in libello ultimo d. 22. Nov. Anno 1669. proactrice agnita fuit: adeoque clausula salutaris in libello actionis ab Actrice pro se adjecta, Reis prodesse nequit. 10. Sed hoc ex actis erat manifestum, quod non nisi contra turbationem actio fuerit instituta, quodque Ecclesia petierit, scilicet in Jurisdictionis Exercitio, & inde fluente jure pignorandi, quo eadem hactenus usa fuerat, defendi. Jam vero certi juris est: quod sententia judicis debeat esse conformis libello L. ut fundus. 18. ff. Comm. divid. Ut ea propter Judex in petitorio, seu negotio principali se intronizzare non posse, nisi possessorio expedito, alias procederet sine jurisdictione & nulliter. Lud. Post. Tr. de 11. Manutenent. Observ. 7. n. 24. Et à perversione istius ordinis datur appellatio. Postius d. l. n. 23. Caesar Contard. 12. ad L. un. C. si de moment. possess. Limit. 18. quod & procedit, licet ex probationibus velaliis in actis deductis appearat justitia petitorii, attamen super possessorio tantum pronunciare debet judex. Carpz. lib. 1. Resp. 73. n. 9. Hartm. Pift. d. qu. 45. n. 4. Mynsing. cent. 6. Obs. 93.

13. Nec obesse poterit transactio Uckermundana superius n. 4. allegata, quia ibi quidem possessoribus pagi Pritzloiensis pignoratio indulta, verum, ibi expressum non est, quod ultra terminos jurisdictionis suae illam exercere debeat, E. quicquid in transactione omissum, etiam pro omisso habendum L. quicquid 99. ff. de V.O. præser-

## SENTENT. IN PETITOR. LATA.

sertim cum in quovis contractu vel transactione termini  
habiles præ supponendi sint, & jus pignorandi a jurisdictione  
dependeat, & ea propter ad hujus limites restrin-  
gendum Argument. Legis fin. ff. de jurisdictione.

Hinc apparet Dicasterium aulicum in petitorio sen.<sup>14.</sup> Decis.  
tentiam ferre non potuisse, indeque recte Ecclesiam  
appellasse.

## RESOLUTIO II.

*De*

### Manutentione in casu dubiæ Pos- fessionis.

**N**ondum tamen in praecedenti Casu concesserant Casus  
domini servitiorum, quod Ecclesia sit in posses-  
sione, potius ipsi sese in possessione & exercitio  
juris pignorandi constitutos esse contendebant  
Unde quærebatur: quisnam in possessione Juris hujus es-  
set, an Ecclesia, an vero domini servitiorum?.

Hi enim primum provocabant ad transactionem, 3.  
de anno 1562 in qua eis facultas pignorandi concessa erat;  
deinde urgebant, te quoque concessâ potestate hâc non u-  
na vice ulos esse, sed sèpius a rusticis pignora cepisse. 4.  
Pactio autem, exercitio concurrente, non tantum pos-  
sessio, sed plenum dominium juris incorporalis sine omni  
dubio constituitur alteri. §. f. J. de servit. Pred. adeo, ut actus,  
deinceps ab Ecclesia, contra transactionem acquisitam, 5.  
suscepti, pro turbativis habendi veniant, quibus tamen  
domini servitutis semper sese opposuerunt; ac ipsi rusticis  
pignoribus captis vi juris sui coercuerunt, quemadmodum  
hoc Ecclesiæ Advocatus non negat, dum ob ejusmodi a-  
ctum contentio & processus hic ab ipso motus est. Actus  
autem turbativi & qui ansam liti dederunt, in manuten-  
tio-

## 8 RESOL. II. DE MANUTENTIONE IN CASU

6. tione non merentur attendi. Post. de Manut. Observ. 71. n<sup>o</sup>. 5.

7. Verum quia jus pignorandi sine dubio effectus est  
Rat. Decid. Jurisdictionis, L. Sacrilegi o. §. s. ff. ad L. Jul. d. pucul. de qua  
Ecclesiae S. Mariae nulla controversia moveri potest. At-  
que jus illud per allegatam transactionem Uckermunda-  
nam minimè eidem ademptum; nam licet possessoribus  
dominantis prædii facultas capiendi pignora concedatur,  
tamen non hoc dicitur, quod rusticci etiam in locis, juris-  
dictioni Ecclesiae subjectis, possint per pignora ab istis co-  
erceri, de quo dictum Resol. preced. n. 13. transactio re-  
stringi deberet ad eum casum, si possessores prædii domi-  
nantis rusticos in sua jurisdictione deprehenderint, ut  
tunc ob denegata servitia hosce pignoribus coercendi jus  
rebeant. Quemadmodum etiam talis declaratio hujus  
transactionis jam anno 1584. d. 30. Mart. a Duce Johanne Fri-  
derico per rescriptum facta est. Posthæc semper Ecclesia  
in possessione jurisdictionis suæ se tuebatur & actus scilicet  
pignorandi adeo quiete exercuit, ut ipsi quoque possesso-  
res prædii implorayerint auxilium Capitularium, ob de-  
negata sibi a rusticis servitia. Et ex actis apparebat, ipsum  
autecessorem possessorum istius temporis hoc fecisse; imo  
in tantum defendit Ecclesia jus suum, ut nunquam ipsa  
ad ullam turbationem & attentatum acquieverit, sed  
quoties dominantis prædii possessores actum eiusmodi  
pignorandi exercuerunt, mandatum ad restituenda pi-  
gnora impetravit, eaque mediante executione actu repe-  
tit, ut videre est ex modo allegato Rescripto & ex Reces-  
tu de d. 1. Jul. Ann. 1643. nec non ex eo quod Regimen Re-  
gium rescrispit de Anno 1688. d. 1. Sept. Ut adeo nullos  
actus quietos possessores prædii dominantis allegare potu-  
erint ad probandam possessionem, cum illis semper fuc-  
tit legitime contradicimus, & in foro competente de eo-  
rum

## SENTENT. IN PETITOR. LATA

9

rum iniquitate conquestum. A parte vero Ecclesiæ variis <sup>13</sup> actus pignorationis probati erant, & hinc tanto magis hæc in possessione manutenenda; cum & unicus actus sufficiat ad acquirendam & conservandam possessionem. Lud. Post. de Manut. Obs. 18. n. 3. & 4. Ut e diverso actus a <sup>14</sup> possessoribus prædii dominantis allegati, nunquam quiete peracti, sed semper ab Ecclesiæ Capitularibus, constanter repugnantibus, tanquam turbativi in judicium delati sunt: Actus autem turbativi, sine scientia vel patientia alterius gesti, non sunt habendi in consideratione, Post. d. Tr. observ. 71. n. 5. Nec præjudicant ejusmodi <sup>15</sup> molestationes & turbationes contra posidentem, quo minus hic pro posessore habeatur. Post. d. obs. 71. n. 8. ver- su: *Nec molestationes.*

Unde conclusum est, Ecclesiam in possessione juris <sup>16</sup> De cito pignorandi, in item deducti, constitutam esse.

## R E S O L U T I O III.

*De*

### Actione hypothecaria adversus Terti- um feudi Possessorem.

**H**ugo & Hilarius, cum in certa causa Anno 1585. ad <sup>1</sup> Cameram Imperialem contra Antonium & Rudolphum appellassent, cautionem præstiterunt judicatum solvi, quod scil. in futura sententia definitiva acquiescere velint, constituta eo nomine in bonis suis feudalibus hypotheca. Accidit autem, ut Anno 1589. Appellantibus adversa sententia publicaretur, quo facto speciatim contra Hilarii successores executio urgebatur. Interea vero Hugonis heredes in tantum a Creditoribus urgebantur, ut feudum suum Mevianum sub Regimine Wolga-

B

stensi

10 DE ACTIONE HYPOTHECARIA ADVERS TERT.  
stensi situm Titio, accedente Principis confirmatione, ce-  
dere cogerentur. Inde lis orta inter Titii heredes & Cre-  
ditores hypothecarios, cuius summa redibat ad quæstio-  
nem sequentem: An Titii heredes creditoribus satisface-  
re, aut hypothecatum feudum eisdem cedere tenerentur?

Quæstio  
Rat. dubitan-  
di cessoribus Antonii & Rudolphi conveniri posse videre-  
tur, ob id, quod in supra dicta cautione Hugo bona o-  
mnia, & simul feudum Mevianum nexus hypothecæ An-  
tonio & Rudolpho obligasset. Feudum vero hoc  
alienatum cum onere suo ad acquirentem Titium perve-  
nit, quoniam melioris conditionis non esse debet em-  
ptor, quam venditor, L. 32. pr. versu. sed. si. ff. ad SC. Vellej.  
Inde quæctio Hypothecaria adversus Titii successores, tan-  
quam tertios possessores admittenda videbatur, ex L. 13.  
Reg. Decid.

§. 3. ff. de Pignor. & Hypothc.

Verum enim vero, quæ in Instrumento cautionis  
verbum feudi (Lehen) non in contextu positum, sed in-  
ter lineas adjectum reperiebatur: in quo quidem verbo  
pars adversa totam ferme actionem suam fundare cupit;  
cum tamen urgens exinde suspicio nascatur: Siquidem  
ex interlineari scriptura falsitas colligitur, si reperiatur in  
loco suspecto. Menoch. de Arb. Jud. Quest. lib. 2. cas. 187.  
n. 34. Mascard de Probat: Concl. 256. n. 2. & Concl. 1254. n. 8.  
Præsertim cum hic concurrat diversitas manus & atramen-  
ti, quæ auget falsitatem suspicionem. Prosp. Farinac. Quest.  
153. n. 19. & 20. Menoch. lib. 5. pref. 20. num. 9. Unde Hy-  
potheca generalis omnium bonorum ne quidem in Po-  
merania ad feuda extenditur. Mev. Part. 4. Decis. 321. Re-  
cess. Wolgast. de Anno 1606. Porro etiam feudum Mevia-  
num sub alieno Principe situm est, respectu loci, in quo  
cautio præstata fuit; illius autem Principis Consensus ad  
hypo-

## FEUDI POSSESSOREM.

VI

hypothecam hanc constitutandam non erat requisitus.  
Quare generalis hypotheca, ut ut unius domini consensus  
accederit, nil poterit operari in feudo, quod quis alibi re-  
cognoscit. *Mev. Part. 6. Dec. 201.* Ex diverso Titius feu-  
dum questionis adjuvante vero feudi Domino acquisivit,  
& hinc ipse ob ius consensu munitum, alii creditori nul-  
lum consensum pro se habenti merito præferendus. *Præ-  
terea actio hypothecaria jam dudum temporis lapsu exspi-  
ravit, quippe quæ contrahertium possessorem post decem  
annos extinguitur, si is justum titulum & bonam fidem  
allegare queat, id quod præsenti casuse ita habet.* *Pc. 14*  
*rez. Comment. Cod de Prescr. 30. ann. n. 5. Fransk. Comm. ff.*  
*quib. mod. pign. solv. num. 163. seqq.* Ut taceam, quod  
Hugonis successores, tanquam Debitoris, ipsi qua-  
draginta anni huic actioni præscribere potuissent, ne ad-  
versus eos amplius actio pateret, cum eo tempore etiam  
contra debitorem actio hypothecaria expireret. *L. cum notis-  
simi 7. §. 1. C. de prescript. 30. & ibi Dd.*

IS  
Decisia

Ob hæc momenta pronunciandum: Titii successores  
non tantum ab intentata actione absolvendos, verum et-  
iam adversam partem ob evidente tempore prescriptionem a li-  
mine judicij repellendam, & tanquam temere litigantem  
in expensas condemnandam esse.

## RESOLUTIO IV.

De

Domino, homines proprios vindicante  
an ad Juramentum suppletorium sit  
admittendus?

**H**Enricus, Nobilis Pomeranus, qui in prædio suo <sup>i.</sup>  
equestri homines proprios juxta morem Provin- <sup>Catus</sup>  
Bz cias-

AN  
Nam f  
ex hab  
natū si  
n. 8.  
rum e  
concu  
ta.  
Agnat  
Major  
fuisse  
Agnat  
Qui v  
sumur  
per &  
sumur  
Unde  
efficac  
ut onu  
vol. 1.  
involv  
cinori  
lin. V  
attest  
Major  
quem  
petra  
quam  
testim  
quare  
causa  
respi  
relib  
Nam:  
12 DOMINO HOMINES PROPRIOS VINDICANTE,  
cīa habebat, aduersus duos, Martinum & Petrum,  
subjectione se eximere conantes, actionem insti  
tuerat; In qua causa d. 6. Octob. 1670. talis sententia pu  
blicabatur: Ut, si actor, Henricus, juramentum in supple  
mentum imperfecta probationis præstierit Rei tanquam  
homines proprii ad eum redire teneantur. Contra quam  
sententiam Rei petierunt restitutionem in integrum, &  
Juramentum in supplementum in causa hac pro illico  
habentes, sententiæ reformationem quæsiverunt. Unde  
2 quærebatur: Annon rejecta petitione restitutionis, sen  
tentia ante memorata omnino confirmanda esset?

Quæstio

Rat. dubit.

Rationet de  
cidendi

Quanquam autem plerique Dd. in ea sint opinione  
3 quod in causa Status juramento suppletorio locus non sit  
Jason. in L. admonendi 31. num. 280. ff. de jurejur. Berlich. P. 4  
concluſ. 54. n. 27.

Attamen quia sententia hæc textu juris expresso de  
cisa non repertur, neque à Dd. in universum admittitur.  
vid. allegat. à Berlichio d. l. indeque in dubio pro jura  
6 mento suppletorio ex generalitate Legis sentendum. per  
L. 31. ff. de jurej. in primis quia præsenti casu non tan  
tum semiplena probatio, sed adhuc major adest, dum ex  
testibus productis, primus, quintus, & sextus adfirmabant,  
7 quod Reorum majores subditi fuerint antecessorum Hen  
rici, eisque præstiterint operas rusticæ. Item: quod Rei  
sub dominio Henrici natī sint, per verba testis primi ac ter  
tii; igitur juris est, quod natus in villa rustica, a Patre qui  
rusticas operas exercuit, rusticæ conditionis esse præsuma  
9 tur. Mevius Part. 5. Decis. 227. n. 9. Contra hæc vero Mar  
tinus & Petrus excipere nequeunt, quasi nulla sit conse  
quentia, natum esse in pago quoipam, adque hinc statim  
10 subditum esse. Tunc enim recte sic inferri necessum est,  
si de libertate illius, qui ita natus, aliunde non constet.

Nam:

AN AD TURAM SUPPLETOR. SIT ADMITTEND. 13

Nam si incertum sit, liber, an homo proprius sit aliquis, ille ex habitatione & operarum præstatione rusticus, & ex eo natū similis conditionis habentur. Mev. d. Deiſ. 227. in not. II  
n. 8. Immo hoc caſu potius servitus præſumitur, si libe- 12  
rum eum. else non appareat, Mev. d. loc. n. 9. in not. Sed &  
concurrit præſenti caſu præſumtio ab Adgnatione desum-  
ta. Tertiū enim & Quartus ex testibus, qui deposuerunt,  
Agnati sunt Martini atque Petri. Atſi ipſi fatebantur, ſe ac.  
Majores ſuos subditos Henrici ejusque prædeceſſorum  
fuſſe & adhuc eſſe; immo porro ſe etiam exiſtimare, quod  
Agnati ſui, Rei ſcil. in hac cauſa ejusdem conditionis ſint.  
Qui vero ex una familia ſunt, ejusdem conditionis eſſe pre- 13  
ſumuntur, tamdiu donec contrarium probaverint. Inſu-  
per & Agnati factum ac qualitatem Agnatorum ſcire præ-  
ſumuntur. arg. L. de Tutela 7. C. de in integr. refit. L. 9. in fin. ff.  
Unde Cognat. Unde ipſis metito fides adhibenda; & adeo 14  
efficax hæc præſumtio eſt, orta ex coniunctione ſanguinis,  
ut onus probandi in aduersarium transferat. Roland. à Valle  
vol. 1. Consil. 19. n. 39. agnatio enim majorem ſcientiam 16  
involvit, quam vicinitas, & tamen pro ſcientia quoque vi-  
cinorum præſumitur. c. quosdam 7. X. de præſumt. & ibi Fe-  
lin. Vulteſ. lib. 1. consil. Marpurg. 15. n. 86. Et licet Rei aliud  
atteftatum a Carolo Agnato ſuo producere velint, quod 17  
Majores ſui nunquam proprii homines aut subditii fuerint:  
quemadmodum ipſi tale teſtimoniuſ cum libello pro im-  
petranda Reſtituſione porrecto exhibuerunt. Nil quic- 18  
quam tamen iſt hoc eisdem prodeſſe poteſt; etenim hoc  
teſtimoniuſ extrajudiciale, injuratū & ſcriptum eſt;  
quare magis ad Caroli atteftatum juratum, quod iſi hac in  
cauſa legitime coram Commissariis, pro Henrico depoſuit,  
reſpicieandū: neque etiam ei teſtimoniuſ ſuum muta-  
re liberum eſt, per cap. Præterea 7. X. de teſlib. cog. Nec Rei

B 3

poteſ-



**14 DE DOMINO, HOMINES PROPRIOS VINDIC.**

19 poterunt exinde argumentum desumere ad impugnandum Caroli testimonium contra se dictum, quoniam ipsi eundem pro te testem produxerunt. Testem vero quem  
20 quis pro se habere vult, contra se improbare non potest. Militat non minus contra Reos presumptio ex more Regionis & Consuetudine Pomeranica. Ibi enim ejusmodi qualitatis homines, cuius sunt rei, ordinarie subditi hominesque proprii sunt, praesertim quando majorum libertas probari nequit, sed potius hi pagos inhabitantes operas rusticas praestiterunt, ac simili cum aliis subditis vivendi ratione usi sunt. Jam vero in dubio ad mores Regionis recurrentum, & si de speciali jure non constet, quid in illa Regione observetur, attendendum. per L. i. pr. ff. de usu L. 50. §. f. ff. de Leg. 1. L. 21. §. 1. inf. ff. qui test. fac. poss. Semper enim, quod in regione illa frequentatum, ubi quid actum, observandum est. L. semper 34. ff. de R. I. Ex  
21 quo tandem sequitur: quia adversus Reos non modo semiplena probatio, sed etiam evidentes conjecturæ ac  
22 presumptiones militant, actorem merito ad juramentum suppletorium admittendum esse. Nam & in causa status, si plusquam semiplene probatum, vel si alia aliqua presumptio militat pro actore, ad Iuramentum suppletorium hic admittendus. Berlich. P. 4. concl. 54. n. 10.  
23 & quosibicitat. Quo casu & in criminali causa, praesertim si civiliter agatur, hoc juramentum admittitur. Fulvius Pacian. de probat. lib. a. cap. 39. n. 28.

24 25 26 Dicilio Quapropter priorem sententiam, non attenta petitione restitutionis, omnino confirmandam esse, conclusum fuit.

**RESOLUTIO V.**  
**Testamentum matris de rebus communibus conditum, quatenus valeat.**

HE

TESTAM. MATRIS DE REBUS COMMUNIB. 16

**H**Eleua, marito suo, Martino, cum duobus liberis, si-  
lio atque filia, superstes, in viduitate retinuit bono-  
rum communium administrationem; antequam  
vero moreretur, dispositione inter liberos condita,  
multa per præceptionem filio legavit, eidemque collatio-  
nis remisit necessitatem: eum vero eatne liberorum, qui  
dictam dispositionem ausus fuerit impugnare, usque ad  
legitimam portionem exheredem scripsit: Ast filia ejus. <sup>I</sup>Casus  
que maritus in illo non acquiescendum putarunt, donec  
constaret: An Helena modo dicto inter liberos dispone-  
re potuerit, indeque, an isthac dispositio juri conformis  
esset?

Pro valore dispositionis huius faciebat, quod matri <sup>3</sup>Rationes du-  
facultas testandi inter liberos nullibi admitta sit. Carpzov. <sup>4</sup>bitandi  
Part. 3. conf. 4. def. 15. n. 7. Reusner. de Testam. vol. 2. Part. 4.  
cap. 6. n. 1. in tantum, ut etiam ob inæqualitatem inter li- <sup>4</sup>  
beros, si legitima salva sit, dispositio ita subsistat, Carpzov.  
d. Conf. 4. def. 21. n. 7. Vultej. vol. 1. Conf. 29. n. 41. adeoque <sup>5</sup>  
nec in casu præsenti testamentum Helena, inæquales por-  
tiones liberis ad signantis, impugnandum videtur; <sup>6</sup>

Verum enim vero, quia certum est, quod libertas <sup>7</sup>Rationes de-  
testandi parentibus concessa, de bonis propriis ad testan- <sup>8</sup>cidendi  
tem pertinentibus intelligi debeat, cum de re aliena testa-  
ri non liceat. Testatrix autem hoc casu non de propriis,  
sed de communibus rebus disposuit; quemadmodum  
id ex tenore dispositionis adparebat sufficienter, & ab ipso  
filio nunquam erat negatum; cum tamen Bona com-  
munia jure Lubecensi liberis in tantum obstricta sint, ut  
Testatrix vivens ne minimum quidem de iis, sine libero-  
rum consensu alienare valuerit, vid. Jus Lubecens. Part. 2. Tit. <sup>9</sup>  
2. artic. 8. Quod extenditur, ut nec in unum liberorum ex  
his bonis aliquid transferre liceat in cæterorum præiudi-  
cium.

18 DE ALIENAT. CONTR. PACT. SUSCFPT. ET  
cium. Dn. Mev. Comment. ad Jus Lubecens. de art. 8. n. 55. quod  
19 quidem non de sola translatione inter vivos, sed & per ultimam voluntatem, intelligendum est. Ubi enim, res  
simpliciter alienari prohibita, nec per ultimam voluntatem iu alium transferri potest. Johan. à Sande de probib. re.  
haenat. Part. 3. cap. 3. n. 11. & n. 21. Covarruv. in c. Raynaldu  
20 in pr. n. 4. 6. & seq. Et quamvis dere communi pro sua  
parte aliquis testari non prohibeatur; attamen considerari bene meretur, quod in praesenti de parte Testatricis  
21 nulla certitudo haberi possit. Etenim illa non, sicut debuit, inventarium confecerat, & hinc in incerto erat,  
22 quantum tempore mortis mariti adfuerit. De quantitate  
23 igitur partis dimidiæ, cum non constet, filius quoque ne id quidem pretendere poterit, quod pro dimidia dispo-  
sitione matris valere debeat, cum non jus deficiat, sed proba-  
tio. per L. Duo sunt Titii 30. ff. de testam. tut.

14  
*Decilio*

Hinc inventatio deficiente, & ipsa Testatrice in culpa existente, cur, tanquam usufructuaria, contra juris communis & Lubecensis dispositionem, inventarium nullum confecerit, indeque nulla bonorum quantitas demonstrari possit, de qua Helenæ testandi facultas competiisset; & tandem quia sic incertum, remanebat, an res reliqua ex usufructu, an vero ex proprietate: Dispositionem hanc rebus sic stantibus nulla ratione valere posse, existimamus.

RESOLUT. VI.

De

Alienatione contra pactum suscepta,  
& creditorum iuribus ab emtore redemptis.

**C**ognati nonnulli pactum iniverunt, vi cuius nemo illorum bona sibi delata sine alterius consensu alienare debuit: adeo ut si quis fecerit, totum suum

CREDIT. JURIB. AB EMTOR. REDEMT. 17

suum negotium ipso iure invalidum & nullum esset. Hoc non attendens Ascanius alienavit arcem Poel cum pertinentiis suis, neque requisivit Consensum Agnati sui Gambivii junioris. Vendidit vero eam Cajo ita, ut hic loco pretii emtionis tantum Creditoribus Ascanii, quo modo posset, satisfaceret, id quod Cajus fecit, vix dimidium artis alieni creditoribus solvens, cum reliquum sibi remisum esset. Quarebaratur itaque hic: an initus contractus <sup>2</sup> Quæstio venditionis de jure subsisteret?

Ubi quidem primo intuitu videri potest, eum subf-  
stere, quia notum, quod quando per pactum prohibita rei  
alienatio, tunc si nihilominus facta, illa non reddatur vitio-  
sa, sed res penes emtorem maneat, ipse vero vendor par-  
ti teneatur ad interesse. arg. L. 2. C. de pact. int. empt. Carpz.  
P. 2. c. 2. def. 8. Duaren. in L. si ita quis 131. §. Et legeff. de V. O.

<sup>3</sup> Rat. dubit.

Verum tamen, quoniam hic non simplex est pactum  
de non alienando, sed clausula commissoria, quod alias  
factum omne nullum esse debeat, subnexa: De jure au-  
tem non ignotum, quod clausula commissoria contractui  
verbis directis adjecta ipso jure eum resolvat. L. 1. & tot.  
tit. ff. ad L. Commis. Unde in specie contra tertium posses-  
sorem, si clausula commissoria pacto de non alienando  
adjecta, agi posse, tradunt Dd. Brunnemann. in Comment.  
ad L. 2. C. de pact. int. empt. n. 5. Carpz. p. 2. c. 1. def. 17. Et  
in hoc catu propinqui etiam bona sua sibi invicem op-  
pignorarunt, ac jus contra tertium agendi expresse sibi  
reservarunt, quæ hypothecæ reservatio id efficit, ut ob  
jus reale alteri quæsitum, contra tertium, possessorem age-  
re liceat. Carpz. p. 2. cons. 33. def. 11.

<sup>4</sup> Rat. Decid.

Id circa vi clausula commissoria pacto de non alien-  
ando adjecta, hanc alienationem pro nulla habendam <sup>8</sup> Decisio  
esse pronunciatum.

C

Por-



18 RES.VII. DE DOTE IN CONCURS. PET. ET.

9 Porro occurrebat dubitatio: An Cajus heredes integra debita, quæ Cajus in se suscepere, jam repetere possent, an vero id tantum, quod Cajus revera Creditoribus numeravit?

10 Et quia Gambrivio jus revocandi competit, hinc Cajus non aliter quam ut cessionarius creditorum considerari poterit. Jam vero notum, quod cessionarius pro nomine cesso nihil amplius repetere possit, quam ipse dedit, etiam si cedens residuum donaverit. per L. Ab Anastasio fin.

11 C. mandat. Ut ut autem cessio hic non principaliter, sed per consequentiam facta, quo casu Lex Anastasiana cessat, Lenz. de cess. act. cap. 25. membr. 3. n. 5. Nihilominus tamen Cajus ejusque heredes non melius jus prætendere possunt, quam quod illi competit, qui emit rem, in qua alteri competebat jus retractus: Atqui illi non majus pretium restituendum, nisi quantum ipse revera dedit. Carpz. p. 2. const. 33. def. 5. n. 4.

12 Ideoque etiam Cajus heredes restitutione ejus, quod Cajus revera numeravit, contenti esse jubebantur. E sic pronunciatum.

RESOLUT. VII.

De

Dote in processu Concursus petita, & assignata, an pro illata haberi debeat.

Catus **M**ariana Joachimo nubens, eidem Anno 1647. d. 19. Octob. mille thal. dotis nomine, & quidem vel in parata pecunia, vel in quibusdam bonis nominibus, intra anni atque diei spatium se illaturam promiserat. Postea maritus dotis hujuscemodi nomine accepit in sua securitatem a Carolo, socero suo, hypothecam in praedium Cæsariano, Serenissimi Electoris Consensu roboratam.

Dicitur

ASSIGNAN PRO ILLATA HABERI DEBEAT. 19

Denique cum Carolus pateretur concursum Creditorum,  
ipse quoque Joachimus inter illos comparuit, istos 1000.  
thal. liquidans, cui etiam certus in sententia prioritatis lo-  
cus adsignatus fuit. Mortuo vero Joachimo inter here-  
des & viduam contentio orta: An Mariana, utut dos  
realiter soluta non fuerit, multo minus in rem Mariti  
versa, nihilominus & dotem, & donationem propter nu-  
ptias, ceterasque in pactis dotalibus asignatas res petere,  
& harum prætensionum nomine jure retentionis uti pos-  
sit?

Quanquam autem vidua alias dotalium cum his 3  
quæ eo pertinent, petere non valeat, antequam promissa Rat. Dubit.  
dos realiter soluta fuerit, aut ad minimum nisi post mor-  
tem Mariti Vidua dotem cum usuris a tempore moræ ob-  
tulerit, per tradita Carpz. P. 2. Conf. 44. def. n. Struv. Syn-  
tagm. feud. cap. 14. tbes. 10. n. 4.

Hoc tamèn non obstante, quia Joachimus in pa-  
ctis dotalibus contentus fuit, si dos promissa, 1000 tha-  
leror, in quibusdam, vitio parentibus, chirographis sol-  
veretur, & Mariana Pater in hunc finem genero 1000 tha-  
leros, qui sibi ex prædio Sejano debebantur, cessit; cum-  
que hæc summa in judicio amissa esset, Joachimus ejus dem  
dotis nomine a socero jus pignoris in prædio Cæsariano,  
Serenissimi Consensu munitum, adeptus est. Istud quo-  
que jus Maritus acceptavit, sortein questionis in Concur-  
su liquidavit, & in sententia prioritatis locum certum ob-  
tinuit, hinc Mariana pactis dotalibus satisfactionem præ-  
stut, ac dos pro illata haberi debebat. Et quia vidua hæc 8  
de dotalitio sibi adscripto non cum Agnatis, sed cum libe-  
ris mariti, qui factum & placitum defuncti præstare te-  
nentur, litigabat: non opus fuit, præcisam dotis illa-  
tionem & versionem in utilitatem feudi probare, sed suffi- 11  
ciebat

20 RES. IX. QVA RAT. BON. PATR. ÆSTIM. REL.  
ciebat, Joachimum cessis, & sub hypotheca adsignatis  
1000 thaleris contentum fuisse. Quoties enim cum libe-  
ris & hereditibus res est, nihil attinet, in xie versione in con-  
siderare, cum hi etiam sine ea, quin immo nulla etiam  
dote illata, factum defuncti, seu promissum dotalitium  
præstare tenentur, Richter de Success. ab intell. sect. 4. membr.  
3. n. 3. Carpzov. d. P. 2. Conf. 44. d. 9. Jacob Schultes. in  
addit. ad Modest. Pistor. P. 3. Quest. 122. n. 128; vid. Dn. Pre-  
ses de Success. ab intell. Diff. 4. c. 2. §. 10. Et hinc porro Ma-  
riana ob illa omnia, quæ sioi in pactis dotalibus adscripta  
12 jure retentionis uti poterat. Quoniam dotalitium quo-  
que jure tacitæ hypothecæ gaudet. Dn. Mev. Part. 1. Deci-  
13 sis 173. n. 1. Carpzov. P. 1. conf. 28. def. 93. Et proinde mul-  
tominus Retentio eidem denegari poterit, cum rete-  
14 ntionis Jus latius sit jure pignoris, nam & illud ibi conce-  
ditur, ubi hoc deficit Mev. P. 2. Decis. 114. n. 3.  
15 His ex causis, Marianam, quamvis dotem realiter  
Decisio non solverit, nihilominus & dotem & donationem pro-  
pter nuprias una cum reliquis, secundum pacta dotalia pe-  
tere, & horum nomine retentionis jure uti posse, cen-  
semus.

#### RESOLUT. IIX.

Qua ratione bona patris æstimata, reli-  
cto matri usufructu, à matre liberis  
præstanda.

**T**itius discedens e vivis, Sejam conjugem cum se-  
ptem filiis reliquerat, Seja vero vidua, triennio  
post mortem mariti, cum Cajo secunda vota iniit,  
liberisque prioris matrimonii antea tutores pe-  
tiuit, & plenum inventarium bonorum communium con-  
fecit.

Causa.

MATR. USUFRUCT. A MATRE LIBER. PRÆST. 21

fecit; curavit quoque eadem, cunctas facultates in certam æstimationem redigi, & sic dimidia pars liberis loco hereditatis paternæ assignata fuerat, ita tamen, ut Seja usufructum retineret, quamdiu liberos secum haberet, idque, in compensationem alimentationis. Quod si vero filii alibi habuerint commorandi occasionem, mater se eis 6. pro 100. usurarum loco soluturam, & cum elocarentur, se cuique ex liberis integrum bonorum portionem præstituram promiserat. At postmodum de modo portionem solvendi, controversia orta: siquidem mater bona immobilia pro pretio, in æstimatione bonorum constituto, retinere solebat; filii autem quantitatem hereditatis paternæ, sibi in divisione adsertam, in pecunia parata desiderabant. Quæstio igitur sequens discutienda fuit:

An Seja, ejusve maritus Caius, cuique siliorum prioris matrimonii, portionem suam hereditatis paternæ in parata pecunia dare, atque immobilia sibi retinere cogendiz; an vero liberi dimidiam domus atque prædiorum cum commodo & incommodo recipere teneantur?

Contra Sejam quidem militare videbatur, quod tota hereditas semel in certam æstimationem redacta, & ita matri tradita fuerit. Quoties vero res alteri æstimato data, æstimatio venditionem facit a parte accipientis L. plurimum 10. in s. ff. de jur. dōt. Mey. ad Jus Luberonf. lib. 15. tit. 5. art. 8. n. 19. & per consequens commodum & incommodum in accipiente transfertur, ut proinde Seja libris in itis prædia in solutum dare non posse videretur.

Verum enim vero, quia semper attendendum est, 6  
qua intentione æstimatio sit adjecta, cum tunc demum æstimatio venditionem faciat, quoties de re in aliud transference agitur; quod tamen præsenti casu factum esse non 7  
constat; solus enim ususfructus in compensationem ali-

Quæstio

3<sup>o</sup> Rat. Dubit.

4

5

6

Rat. Decid.

7

C 3;

men-



22. RES. IX. DE JVR. REPRÆSENT. STETIN.

mentorum usque ad separationem liberorum Sejæ reli-  
ctus, non autem bona pro certa æstimatione vendita sunt.

8 Potius igitur ideo fuit æstimatio adjecta, ut liberi scirent,  
quanta sit eorum portio hereditatis paternæ, quo casu æ-  
stimatio venditionem non facit. Dav. Mev. d. artic 8.m. 28.

9 Roland a Valle Vol. 1. consil. 92. n. 6. & 21. Sejæ quoque  
beneficium inventarii competere necessum est, vi cuius  
liberis aliquaque prætendentibus plus aut aliud dare non  
tenetur, quam quidem in Inventario comprehensum est.

10 L. fin. §. 4. & ibi Dd. C. de jure delibet. Præterea creden-  
dum non est, per illam transactionem Dominum immo-  
bilium in matrem translatum fuisse, quoniam nullum ju-  
diciale Decretum præcesserat: Ast manifesti & noti ju-  
ris est, quod bona minorum immobilia sine decreto alie-  
nari non possint: tot. iit. C. de pred. & al. reb. min. fin. detret.  
non alien.

11 Nec refert, quod utique Seja liberis usuras promise-  
rit, ex quo sors præsumenda sit: Quandoquidem usur-  
saltim in compensationem ususfructus, quem mater, libe-  
ris absentibus ex rebus eorum percepit, computari debent,  
quaæ per consequens nullum debitum in parata pecunia  
consistens præsupponunt.

12 Hinc inferebatur, quod rebus ita comparatis, liberi  
paratam pecuniam petere non possint, sed si portiones suas  
ex rebus inventario comprehensis acceperint, contenti  
esse teneantur.

RESOLUT. IX.

Dc

Jure repræsentationis Stetinensi,  
ejusque obseruantia probata,

EJVSQVE OBSERVANTIA PROBATA. 23

**V**igilius intestatus moriens post se relinquit patru-  
um patruique filios: quorum ille solus voluit ad  
successionem admitti, hi vero jure repræsentatio-  
nis concurrere cupiebant. Quarebatur ergo, an  
consobrini hoc casu audiendi essent?

Supponebatur autem ab utraque parte litigantium  
quod neque de jure Saxonico, quippe ubi in linea col-  
laterali penitus cessat jus repræsentationis. *Carpz. P. 3. Conf.*  
*18. def. 1.* neque de jure civili, ubi ultra fratres, fratrum-  
que filios non extenditur jus repræsentationis, *Auth. Post.*  
*fratres fratrumque C. de legit. hered.* consobrini possint  
ad successionem venire. Hinc tota controversia in eo e-  
rat, an juxta observantiam Stetinensem, ad quam Conso-  
brini provocabant, jus repræsentationis sibi competeteret? 6  
Præjudicia quidem ab iisdem producebantur, sed hæc  
tunc demum auctoritate sua pollut, si perpetuo ita fue-  
rit judicatum *L. 38. ff. de legib.* Hic autem contraria præjudi-  
cia aderant, quod in his terminis contra jus repræsentatio-  
nis pronuntiatum fuetit: Quæ contraria præjudicia juri  
communi conformia, & ita hæc potius sequenda, præ-  
iis, quæ juri communi adversantur; quippe cum hæc ma-  
nifesta nullitate laborent, *L. 2. C. quando prov. non est*  
*nec.*

His vero non obstantibus, certum est, quod ubi ob-  
servantia contraria inducta, jus commune amplius non at-  
tendatur, sed judex observantiam & stylum curiæ sequi de-  
beat, nisi nullitatem velit committere. *Franciscus Vi-*  
*vius Decis. 401. n. 49. seq. Prukman. Vol. 1. Confil. 10. n. 47.*  
Jam observantia Stetinensis per præjudicium *de die 4. Maj.* 9  
*1632.* pro jure repræsentationis in casu simili probata erat:  
Quo enim pacto probatur consuetudo, eodem modo &  
observantia ac stylus curiæ probatur. *Petr. Rebuss.*

<sup>1</sup>  
Casus

<sup>2</sup>  
Questio

<sup>3</sup>  
Rat. Dubit.

<sup>4</sup>

<sup>5</sup>

<sup>6</sup>

<sup>7</sup>

<sup>8</sup>

Rat. Deed.

<sup>9</sup>



24 SOL. IX. DE JVRE REPRÆSEN. STETINT.

de consuet. Artic. 2. Gloss. 13. n. 54. Cardinal. Tusch. Pract. Conclus. lit. S, Concl. 692. n. 10. At Consuetudo probatur

10 si contradic̄to aliquando iudicio confirmata sit. L. cum de Consuetudine 34. ff. de Legib. Ergo etiam observantia

11 præsens per sententiam in contradictorio iudicio latam, probabitur. Hinc in genere concludunt Dd. per sententiam probari Consuetudinem, Mascard. de Prob. Concl. 427. n. 1. Rebuff. de Consuet. artic. 2. Gloss. 3. n. 4. &

12 34. Quod hoc in casu tanto certius est, quoniam sententia illa libro judicario Stetinensi legitime inserta est, & ita fidem publicam meruit; acta enim publica pariter & res judicata notorietatem inducunt. L. 10. §. Emptorem 12 ff. de Act. Empt. Menoch. Remed. recuper. poss. 1. n. 233. VVc-

13 semb. lib. 1. Consil. 6. n. 63. His accesserat novum attestatum Scabinorum Stetinensium sive Responsum, quod Stetini hæc observantia vigeat: jam vero illis, qui quotidie in foro versantur, de observantia & stylo Curiæ dependentibus, credendum Matth. de Afflict. Decis. 78. n. 6. Flamin. Paris. de Resignat. benefic. lib. 3. Qu. 6. n. 30. Prukman. Vol. 2.

14 Consil. 9. n. 98. Nec obstant in contrarium adducta præjudicia, quia non erat ostensum, quod illa in causis ciuium Stetinensium ventilata fuerint, id enim specifice probandum, præcise in hoc Judicio ita pronunciatum fuisse,

15 Farinac. Tom. 3. Decis. 486. n. 7. Et adductæ sententiae de anno 1632. nunc demum nullitas opponi nequit, post præter lapsos annos 48. cum nullitas tantum intra triginta annos opponi poscit. Mev. P. 1. Decis. 100. Quemadmo- dum etiam de jure Sax. consuetudo per 30 annos, annum & diem introduci potest. Carpz. P. 2. C. 3. d. 21. Quod tempus iamdudum præterit.

16 Et hinc observationem Stetinensem, Jus repræsen- tationis in patruo patruique filiis quoque admittere, pro- nunciatum fuit.

RES.

## RESOLUTIO X.

De

Revocatione feudi in Pomerania  
sine refusione pretii.

**T**ranslatum erat feudum ad certam familiam nobilis in Pomerania pertinens, ad manus Molitoris, contra quem mortuo alienatore Agnatus revocatoriam feudi instituebat, sed pretium possessori refundere solebat; hinc controvertebatur, An ad revocationem admittendus sit agnatus sine refusione pretii?

Equidem extra controversiam est, quod in feudis Pomeraniæ nonnulla obtineant singularia, a communis feudorum natura discrepantia, & in specie, quod hæc feuda æri alieno sint obnoxia. *Mev. Part. 4. Decis. 192.* Unde nec revocatio feudi, antequam pretium refusum, in his locum habere videtur.

Verum enim vero, quia secundum jura feudorum communia, negari plane non potest, quod quando agnatus jure successionis feudum ad se devolutum à possesso revoeat, non teneatur possessori refundere pretium. *2. Feud. 26. §. Titius.* Quod & verum est, licet in aliquem agnatum, sed remotiorem, feendum suisset translatum. *Hartm. Pistor. lib. 2. Qu. 6. n. 20. Struv. Syntagm. Feud. cap. 13. tb. 16. n. 2.* Hæc autem communis juris dispositio nullibi per speciale aliquod Statutum in Pomerania mutata reperitur. Quandoquidem irregularitas feudorum Pomeranicorum, quam ex eo habent, quod æri alieno sint obnoxia, ultra hunc passum non extendenda; cum in aliis feuda Pomeranica naturam, substantiam & qualitatem feudalem firmiter retineant. *Ernest. Cothmann. Vol. 3. Resp. 21. n. 16. sqq.*

D

Hinc

1.

Casus

2.

Questio

3.

Rat. Dubit.

4.

5.

Rat. Decid.

6.

7.

8.

26 RESOL. X. DE EXCEPTIONIBUS

9. Hinc & in Pomerania constanti usu obtinuit, quod in causis feudalibus per statuta & speciales consuetudines expresse non decisis, stetur Juri communi. Cothmann. vol. 3.  
10. Resp. 35. n. 59. 69. seqq. quemadmodum alias quoque statuta semper ita veniunt interpretanda, ut quam proxime accedant ad jus commune. Tiraquell. de LL. Connub. Gloss.  
11. 2. n. 23. post pr. Hinc jus Statutarium non extenditur de casu ad casum Mev. Part. 2. Decis. 40. n. 5. Carpzov. Part. 2.  
12. const. 53. def. 10. num. 13. Idque ipsum etiam praेजudiciis una cum facti specie ad Facultatem transmissionis conforme, & per consequens attendendum erat, per L. 37. ff. de LL.

Igitur ex his causis recte existimatum fuit, etiam in feudis Pomeraniae revocationem feudi sine refusione pretulit locum inventre.

RESOLUT. XI.

De

Exceptionibus altioris indaginis  
agnato revocanti objectis.

Causa 1. Ne eodem casu cum possessor feudi revocandi exceptiones varias opponeret, has vero altioris indaginis dice-

Quæstio 2. ret auctor, in controversiam deductum fuit: annon ad reconvencionem reus cum suis exceptionibus remittendus esset?

Reat. dubit. 3. Ubi quidem reus non immerito provocavit adjus retentio, quoniam refutans feudum usque ad 2500 flor. de peculio suo castrensi in prædium quæstionis impenderat:

4. rat. Cum ergo ob meliorationes in feudis retentio locum invenit. Struv. Syntagm. J. feud. cap. 15. §. 16. n. 2. Mev. P. 5. Decis. 397. n. 11. Hinc Reus, quippe ad quem istud

præ-

## ALTIORIS INDAGINIS.

27

prædium pro qualitate meliorationum translatum est, hoc  
jure utique uti posse videtur.

Veruntamen quia meliorationes allegatae, prout qui-  
dem narratum fuit, non erant probatae, quo casu retentio-  
nis jus nullum invenit locum, per Conclus. Pomeran. Tit.  
Rat. Decid.

28. *conclus. 1.* Non enim habet locum retentio, nisi in de-  
bito liquido, Neguzant. *de Pignor. P. 5. membr. 4. n. 10.* Hinc  
non sufficit melioramenta allegare, sed oportet probare  
Klock. *vol. 3. Conf. 155. n. 152.* Insuper incertum, an non ex 9  
fructibus perceptis sumtus meliorationis jam maxime  
compensati fuerint. Compensantur enim cum fructi-  
bus meliorationes, Klock. *vol. 3. Conf. 254. n. 76. & 93.* Edi-  
verso autem hoc casu jus retentionis per cautionem tolli  
potest, Mev. *Part. 2. Decis. 214. n. 7.*

Hinc decisum fuit, quod si meliorationes non sint 11  
in continentia liquidabiles, exadverso autem ab actore sus-  
cipientis praestetur cautio, Reus prædium cedere, & cum ex-  
ceptionibus suis ad reconventionem remitti debeat.

## RESOLUT. XII.

*Deo*

Dote sororibus ex substantia feudi sol-  
venda, cui competit electio bonorum?

**F**lavius per tententiam condemnatus fuit, ut sorori-  
bus suis ex feudo, cuius estimatio erat 38000 flor. intra 1 Casus  
quatuor septimanas solveret 18000 floren. quos cum  
in parata pecunia praestare non posset, necessitas i-  
psum adegit, ut distributionem bonorum susciperet, & ita  
sororibus satisfaceret, qua occasione controversia nasce-  
batur, an ipsi Flavio, an sororibus ipsius electio compe-  
tit, quid ex feudis paternis pro dote assignandum sit?  
2. Quæstio.

D 2

Equi.



DE DOTE SORORIBUS EX

28 Evidem negari non potest, quod Creditori, cui bona in solutum offeruntur, de jure competit electio.

Rat. dubit.

3 c.3. Carpz. *Afyl. Debit. th. 70. n. 237.* Quemadmodum hoc

4 ipsum ultimo Rec. Imper. omnino consentaneum, atque ibidem expresse confirmatum est. *Rec. Imper. de Anno 1654. §.*

5 *So viel nun die Capitalia.* Præterea quoque filiarum c- locatio est onus feudi, Hartmann. Pistor. *Part. 1. quas. 37. n. 5.*

6 Adeoque omnia & singula feuda hoc onere afficiuntur, & per consequens manifestum esse videtur, quod sine discrimine bona feudalia sororibus jam in Judicio agentibus sint adsignanda.

7 Veruntamen quia in casu præsenti dotis constitutio de-procul dubio immoda est, siquidem ferme dimidia feudorum pars per illam absorbetur, cum tamen filio duæ ter-

ritæ ex feudis iuxta observantiam Pomeranicam liberae manere debeat, *Dn. Mev. Part. 3. Decis. 364. in fine.* Et hinc summa postulat æquitas, ut frater quippe, qui per constitutionem tantæ dotis haud parum gravatus est, per electionem bonorum paternorum sentiat aliquale levamen; gravatus enim in uno sublevari debet in altero, arg.

8 *L. jure succursum 6. ff. de j. dot. L. 10. ff. de R. I. Simon Pistor.*

9 *P. 1. Conf. 20. n. 10.* Nec minus in dividendis bonis feudalibus semper major ratio habenda filiorum, quam filiarum, quandoquidem illi paternam familiam continuant, & domino feudi ad servitia feudalia obstricti per-

10 tent; Quare his merito prærogativa quæpiam in feudis est concedenda: feuda enim dantur familiae, hac vero per masculos saltim propagatur, cum filia familiae si-

11 nis sit. *L. 195. §. fin. ff. d. V. S.* Jam vero publice interest, ut familiarum dignitas salva sit. *L. 1. §. 13. ff. de Ventr. inspit.*

12 *Quod præsertim in familiis Nobilium Reipublicæ utilitas exigit Casp. Klock. Vol. 3. consil. 182. n. 148.* Hinc propter

fan-

## FEUDO SOLVENDA.

29

familia favorem receptum, ut mares retineant bona <sup>13</sup>  
præ filiabus, & foeminæ recipient estimationem sua  
portionis. Wesembec. Part. 2. Consil. 5. Unde & in di-<sup>14</sup>  
visione bonorum paternorum, quantum ad immobilia,  
regulariter masculi præferendi sunt foeminis. Decian.

vol. 1. Consil. 5. Carpz. P. 3. C. 15. d. 7. Rauchbar. Part. 1. qu. 41. n. 14.

Concurrit præterea hic non leve Domini feudi interesse, <sup>15</sup>  
ne tam exquisita dotis paternæ exactione feuda diminu-  
antur; Domini enim plurimum interest, ne feuda dotibus  
vel alia ratione plus justo onerentur, & Vasallus ad Servitiam  
feudalia reddatur inhabilis. Hartm. Pister. P. 4. Qu. 37. n. 19.

Coler. Decis. 213. Hinc non ita constituenda dos est, ut <sup>16</sup>  
feudi præcipuam partem absorbeat. Mev. d. Decis. 364. in  
med. Unde filia astrictæ cum aliis creditoribus, qui bona, <sup>17</sup>  
in solutum accipere tenentur, comparari nequeunt; quo-  
niam creditores tantum de damno vitando, & pecunia sua  
debitori credita recuperanda; filia vero de lucro ex feudis  
cum insigni successoris feudalis incommodo capiendo,  
certant, ut proinde ex N. 4. c. 3. nullum argumentum filia  
pro sua intentione desumere queant. Ut ut etiam dota- <sup>18</sup>  
tio ista sit onus feudi, attamen civiliter illud intelligen-  
dum erit, ne nimium oneretur feudum, sed ut potior ra-  
tio agnatorum habeatur. Mev. P. 2. Decis. 19. n. 2. Unde feu- <sup>19</sup>  
do postea imminuto, ratio dotis antea constituta am-  
plius haberi non solet. Carpz. P. 2. Consil. 46. def. 19.

His ex causis merito in casu præsenti Fratri conven- <sup>20</sup>  
to electio relinquenda erit. Decisio

## RESOLUT. XIII.

Sorores quibus pars feudi pro dote præ-  
statur, etiam partem sylvæ onerosæ ac-  
cipere tenentur.

D 3

In

## SORORES QVIBVS PARS FEUDI

**I**n præcedenti casu inter bona distribuenda in specie occurrebat sylva quædam, æstimata pro 9000. florenis, cuius ratam frater inter bona alia sororibus pro satisfactio-  
ne offerebat, cum autem sylva illa certis oneribus sub-  
iecta, sorores ejus partem oblatam acceptare recusabant,  
**Quesito** 2 ubi iterum disputabatur: An sorores partem hujus sylvæ  
pro illo pretio, quo æstimata fuit, in solutum accipere te-  
neantur?

Quamvis autem juxta resolutionem præcedentem,  
**Rationes du-** fratri Flavio commodum electionis assertum fuerit, sylva  
bitandi autem illa suis laboraret incommodis, quæ in Actis ex-  
pressa erant, & hinc cum frater elegerit ipsum  
prædium Nobile ( den Ritter - Siz ) justum quoque es-  
se, ut sylvam hanc integrum cum suis commodis, & in-  
commodis retineret, nec sorores ad sylvæ partem sus-  
cipiendam adstringerentur, ob æquissimam regulam in  
*L. 10. ff. de R. I.*

**Rat. Decid.** 4 Quia vero sorores loco prædii equestris alia prædia  
satis frugifera acceperunt, & ita per electionem frater-  
nam in effectu læse non sunt; sylva etiam hæc ita com-  
parata, ut exinde omnia, bonis quibusve paternis reparan-  
dis, necessaria ligna desumi debeant; quales perti-  
nentiae, tanquam accessorium, secundum naturam prin-  
cipalis censendæ sunt; Klock, Vol. 1, Consil. 42. num. 9.  
6 ut hinc, cui pars ex toto, seu principali cedit, il-  
li etiam portio ex accessoriis seu pertinentiis cedere de-  
beat. Immo pertinentiae in omni contractu, etiam seu  
dali fundum sequuntur, licet hoc in specie non expre-  
sum. Mev. P. 2, D. 196. Unde æquum, & juri communi-  
ni consentaneum est, quod res communis æqualiter si-  
ve pro rata communionis dividenda sit *L. 4. C. Commun. Dir.*  
8 *L. Majoribus 3. C. Commun. utriusque judic.* Sicut & alias  
æqua-

### PRO DOTE PRÆSTATVR.

33

æqualitas ubi vis servanda, tam in contractibus quam  
commerciis. Richter. Dec. i. n. 6. Klock. de contribut. cap.  
16. sed. i. n. 157. Quod præcipue inter fratres & sorores 9  
obtinere debet. L. Cum pater 77. §. Dulcissimis 20. ff. de Leg. 2.  
L. ut liberis 17. C. de Collat. Ejusmodi enim æqualitas est indu- 10  
ctiva, nutritiva, conservativa & consolidativa concordia,  
fraternæque charitatis & affectionis. Schurff. Cent. 1. Cons.  
7. n. 2. Add. Tiraquell. de jure primogen. Qu. i. n. 5. seqq.  
Richter. Decis. 29. n. 35. Consil. Marpurg. Vol. 1. Cnfs. 26. n.  
29. Quod quidem per commodum electionis Fratri 11  
concessum minime tolli potest, cum is hoc beneficium  
non habeat ex liberalitate sororum, sed jure suo ac præ-  
cipuo, quod ipsi in feudis competit: unde etiam hoc in  
ipsius odium non detorquendum. L. quod sapore 6. C.  
de Legib. L. Nulla 25 ff. eod.

Quapropter jam satis apparer, quod actrices sæ- 12  
pius memoratam sylvam, pro rata bonorum ipsis in solu- Decisio  
tum datorum, accipere teneantur, indeque ista sylva,  
tanquam pertinens, secundum proportionem bonorum  
reliquerorum distribuenda veniat.

### R E S O L U T I O X I V .

D e

Feudo in solutum dato, an ob in hæren-  
tem præstationem equi feudalis detur actio.

F laminius Nobilis Pomeranus affini suo Buckovio feu-  
dum certum loco promissæ dotis in solutum dederat,  
sab expressa evictionis promissione; cum vero postea  
Buckovius videret, huic feudo inhærente præstatio-  
nem equi, quem ordinarie ex feudis Nobiles Domino præ-  
bant, ejus loco mille florenos, quanti communiter e-

I  
Catus

quus:



RESOL. XIV. DE FEUDO IN

2 quus feudalis aestimari solet, ab affine suo Flaminio praetendebat; Hinc quererebatur, an justa eius petitio esset, & an Flaminius ad integrum pretium equi feudalnis præstandum obligetur?

3 Quamvis autem Flaminius, cum affini suo Buckovio præmium daret in solutum, eidem promiserit evictionem, ipseque alias iam ex natura contractus ad id obligatus sit, siquidem notum est, quod & in datione in solutum evictio veniat præstanta. L. Si præmium. 4. C. de Evict. Novell. 4. cap. 3. Laurent. Tennin. Rodolph. Trad.

4 Caucular. c. 37. n. 1. Deinceps etiam communi observantia in ista Provincia congruit, quod venditori prædiu

equestris certa quantitas pro equo feudali detrahi queat.

5 Hoc tamen non obstante, quia præmium questio-  
Rat. Decid. nis Buckovio non simpliciter, sed sub certa determina-  
tione venditum; scil. eodem pretio, quo a Dominis Com-

missariis antebac estimatum, atque Flaminii Parenti addi-

6 tum fuit. Neque evictio aliter, quam secundum eandem  
determinationem promissa; quod scil. si forte juxta esti-

7 pretiatum fuerit, venditor hoc nomine Buckovio satisfa-  
cere, ac periculum evictionis in se suscipere velit. Dein-

8 Parenti hoc præmium, prævia estimatione, ita fuerit addi-  
ctum, ut ob equum feudalem ipsi nihil remissum, nec ulla

satisfactio præstata esset. Vnde juris est, quod ex qualita-  
te adjecta qualificetur ipse actus vel contractus, & eidem

9 diversam naturam indat. Menoch. vol. 1. Consil. 35. n. 13. Hippo-  
pol. de Marsil. Singular. 520. Adeoque Flaminius pro præ-

dio isto non alia ratione evictionem præstare tenetur,  
quam sicut ipsius Parenti illud erat addictum. Vendidisse enim videtur ius suum, quod habet in tali prædio, quo

casu

SOLUTUM DATO.

33

casu ad evictiōnem non tenetur. Caballin. *de Evict. §. 5. n. 39.*  
quod præsertim obtinet, si emitor qualitatē iuris, quod  
10 venditor habebat, sciverit. Hartm. Pistor. *Obs. 212. n. 35. f. 9.* Ne-  
que vero Buckovii prædiūm quæstiōnis a servitiis liberum;  
11 in solutum est datum, sed tantum eo modo, quo antea Fla-  
minii Parenti addictum fuerat. Jam vero, quia onus equi  
feudalis tacite feudum ipsum sequitur, Flaminius eo no-  
mine haud obligatus est; non enim tenetur venditor evi-  
ctiōnis nomine ob hoc, quod tacite soleret accedere, nisi fun-  
dus ut optimus maximus traditus fuerit. *L. quod ad servitu-*  
*tes pen. ff. de Evict.* sufficit enim alias præstari fundum qua-  
lis elt. *L. Cum vendens 59. ff. de contrab. emt.* Caballinus *de E-*  
*viçt. §. 5. n. 69.* Est præterea hoc onus, equi feudalis, onus  
12 consuetum, feudo regulariter cohærens, quare Buckovius  
sibi ipsi imputet, quod in acceptando prædio non cautius  
sibi prospexerit: venditor enim ad præstationem evictiō-  
nis non tenetur de oneribus consuetis, sed saltim de igno-  
13 tis ac occultis. *Carpz. Part. 2. Cons. 34. def. 20.* Et quanquam  
14 Ud. aliqui hoc casu nihilominus emitori adserant actionem  
quanti minoris. Caballin. *d. §. 5. n. 70.* Attamen hæc intra an-  
num à tempore venditionis instituenda fuisset, per *L. scien-*  
*dum 19. §. fin. ff. de Aedit. Ediçt.* quod hic minime factum.  
15 Sed neque observantia Pomeraniæ, qua equi feudalis no-  
mine emitori satisfieri debet, Bucovio prodelle potest; quia  
16 ipse in contractu sibi eo nomine prospicere debuisset. Por-  
ro quoque, quemadmodum jam antea dictum est, hoc  
prædiūm non simpliciter, multo minus sine onere, sed tan-  
17 tum certo modo datum fuit ipsi in solutum, quæ qualitas  
promissa, si a venditore præstata fuerit, ad plura is non pote-  
tit adstringi. Ulterius etiam Decreta in hac causa facta, non  
18 possunt, contra Flaminium vires rei judicatae habere; siqui-  
dem ibi æquisime judicatum, quod equus feudalisa pos-  
fesso-

E



34 RES. XI DE FEUDO IN SOLVTVM DATO  
fessore sit exigendus, & possessor cum ipso venditore con-  
troversiam hanc componere debeat: quo ipso tamen Fla-  
minius cum suis exceptionibus non est exclusus, quem hu-  
jusmodi Decreta semper salvis adverse partis exceptioni-  
bus intelligenda sint.

19  
Decisio

Quapropter omnino existimandum fuit, quod Fla-  
minius, rebus ita se habentibus, ad evictionem condemnari  
non posit; sed Buckovio sufficere debeat, si Flaminius  
illi cedat actionem suam adversus heredes comitis Eberii,  
tanquam primi vendoris, competentem.

20 Quod autem attinet ad alterum quaestioneis proposita  
alterum que-membrum: Utrum Flaminius Buckovio integras 1000.  
flor. præstare teneatur, an vero sufficiat, si illi singulis vici-  
bus restituat pecuniam pro equo feudali præstandam? Vt

21 ut autem hoc minus commodum videatur Buckovio, toties  
Rationes quoties aliquid hujus servitii nomine exactum, repetitio-  
nem contra Flaminium instituere. Attra men quia Bucko-  
vius nullum amplius interesse prætendere poterit, si po-  
cunia eidem restituatur, quoties nomine servitii equestris  
aliquid exactum fuerit; cessante vero interesse, cessa-  
re evictione actio, quia saltem interesse per actionem de  
evictione petitur. L. si controversia. C. de Evict. ibi: quanti-

22 tua interest. L. 25. C. eod. Et exceptio, Tua non interest, o-  
mnem agentem repellit. Bartol. ad L. Si unius 27. §. 4. versu-

23 Ante omnia ff. de pact. Alexand. ad L. 11. C. eod. Porro Fla-  
minius possessione rerum immobilium satis instructus est,  
adeo, ut Buckovius eo nomine sufficientem habeat securi-  
tatem, immo etiam si necessarium foret, debita cautione-

24 eundem ulterius securum reddere potest; Nec minus Bu-  
ckovius ipse, per acceptationem partis de soluta pecunia  
feudali, tacite in hoc consensit; ex partis enim accepta-

tion  
Mac  
flor  
luta  
lem  
cier

L

mie  
frat  
to p  
tem  
se d  
dit  
qui  
vid  
nih  
om  
line  
bat  
ma  
tur  
tab

DE DISPOSIT. CONTRA FIDEICOMMISS.. 35

tione præsumitur approbatio totius. arg. L.7. §.fin. de SCto.

Maced. L. Cum fidem 4. C. de non num. pecun.

Hinc Flaminius de jure non tenetur integros 1000. 25  
flor. solvere, sed Buckovius acquiescere debet, si ob jam so- Decisio  
lutam, vel etiam de futuro solvendam pecuniam feuda- 26  
lem, sibi a Flaminio satisfiat, & eo nomine interea suffi-  
ciens cautio præstetur.

RESOLUT. XV.

De

Liberorum Dispositione contra fidei-  
commisum paternum.

**L**avinia parens inter cæteros filios ipsam quoque in testamento suo hæredem scripsit, eidemque eum in modum substituit: ut in casum, quo ipsa deceperit sine liberis, marito præter dœtem & pretiosa, dimidia tantum bonorum relinquatur, altera dimidia ad fratres sororesve recidente; subiunctaque fuit testamento paterno clausula: quod is, qui ultimam istam voluntatem, quovis modo, ausus fuerit impugnare, exheres esse debeat ad legitimam usque. Postea vero Lavinia condidit testamentum, relinquens marito suo bona materna, quippe de quibus parentis testamentum nihil disposuisse videbatur. Sed & si forte legitima, aut præter eam non nihil ex bonis paternis dispositioni Lavinia subjaceret, id omne voluit eadem, vi ultimæ voluntatis suæ, marito relinquere, de cætero autem paterno testamento acquiescebat. Lavinia mortua, nasciebatur gravis controversia inter maritum & fratres sororesve superstites. Controvertebatur enim: Num legitima & Trebellianica non obstantibus tabulis paternis dispositioni Lavinia subiecta remanserint?

I Casus

Qu zstio

E 2

Ne-



36 RESOL. XV. DE DISPOSIT. CONTRA

Rat. dubit. Negabant hoc fratres & sorores, & pro se allegabant testamento subjectam clausulam, vi cuius legitima integrasine ullo onere relicta fuit Lavinia; sed cum haec maluerit amplecti conditionem fidei commisisti non patris durtie, sed propriæ electioni tribuat, quod ne quidem in legitima liberum retinuerit disponendi arbitrium. Immo si concedatur, eam nondum renunciasse juri suo petendi legitimam ab omni onere liberam; tamen adhuc dum locum habebit paterni testamenti clausula, quod cum Lavinia per suum testamentum voluntati paternæ contravenerit, ea propter amiserit omne ius in bonis sibi relictis, excepta sola legitima. Quæ omnia sua ratione constare videbantur.

Rat. Decid. 5 Contra hæc urgebat maritus, quod juxta jura notoria, liberi fidei commissio gravati duplcam quartam detrahere possint, in primis, si fidei commissum post aliquod tempus demum præstandum veniat, per tradita Carpz. P. 3. Confl. 1. def. 21. Philippi Uf. Praet. Inst. Lib. 2. t. 28. Eclog. 98. 6 Et heres fiduciarius a quolibet fidei commissario id, quod sibi debetur, pro rata deducere potest. per L. 2. & pen. C. 7 ad L. Falc. & ibi Dd. Quemadmodum ergo filia in hoc casu non tantum bona materna, sed etiam ex paternis legitima & Trebellianica integra debetur, ita dispositio paterna restringenda erit ad bona, quæ detractis his superfutura sunt secundum prejudicia apud Carpz. d. def. 21. Neque etiam Pater expressis verbis prohibuit dictarum quartarum detractionem, quod tamen ad eam impediendam necessarium fuisset, arg. Nov. 1. cap. 2; adeo, ut quamvis testator omnia integre præstanda esse dixerit, hoc tamen secundum iura interpretandum sit, ut salva semper maneat Falcidia vel Trebellianica. Carpz. P. 3. C. 1. d. 13. Fachin. lib. 5. contr. 13. Berlich. P. 2. Decis. 272. Imo non pauci Dd. prohibitionem Trebellia-

lia-

## FIDEICOMMISSUM PATERNUM.

37

lianicae ne quidem expressam, liberis primi gradus, ul-  
latenus præjudicare censem, de quibus Struv. *Jurispr. fo-*  
*renſ. lib. 2. tit. 25. §. 4.* Petr. Anton. de Petr. de Fide com. *Qu.*  
*15. n. 52. seqq.* Thesaur. Quæſt. Forenſ. *lib 4. Qu. 36.* Nec  
petitio legitima & Trebellianica est impugnatio testamen-  
ti, cum illa salvo hoc fieri bene possit, adeoque cessante  
testamenti impugnatione cessabit adjecta pœna exclusionis  
usque ad legitimam.

His de causis pro marito decisum fuit, liberam adhuc <sup>12</sup> Dispositio  
dispositionem Lavinia, tam in bonis maternis, quam in  
legitima & Trebellianica ratione paternorum competuisse.

## RESOLUT. XVI.

Nomen oppignoratum titulo etiam o-  
neroſo, acquirens, tenetur creditori hy-  
pothecario. ſatisfacere.

**B** Alduinus ab Augustino mutuabatur 300 thal. in spec. <sup>1</sup> Causa  
& in hujus crediti ſecuritatem oppignoravit Credi-  
tori nomen 500 thal. quos illi debuerat Javolenus.

Memoratus vero debitor biennio post idem nomen  
500 thal. in dotem dedit ſuo genero Joachimo, qui propter-  
ea a creditore Augustino conveniebat, ubi quæſitum: An  
Joachimus Augustino creditum 300 thal. in dotem datum  
restituere teneatur?

Quavis autem de jure non ignotum, quod domini-  
um rei in dotem datae transeat in maritum. *pr. Inſt. quib. al.* <sup>2</sup> Rat. Dubit.  
*lic. vel non L. 9. C. de R. V.* quemadmodum hunc in fi-  
nem a Balduino obligatio Javoleni genero tradita, & per  
hanc traditionem omne Ius in eum translatum est. Dein-  
de erat oppignoratio nominis saltim ad annum facta, ac  
proinde post variis annos præterlapsa amplius valere non  
potest,

E 3.

## RES. XV. NOM. OPPIGNOR. ACQVIR.

38 potest, quia notum, quod, quæ ad certum tempus concessa, lapso tempore censeantur revocata. cap. 4. X. de offic. jud. deleg.

Et licet adhuc dum pignoris Jus subsisteret, attamen antea debitoris bona venirent excutienda, neque statim Joachimus tanquam tertius pignoris possessor conveniendus esset. Nov. 4. cap. 2. & Anth. sed. bodie C. de obl.

& Act. Neguzant de Pignor p. 8. memb. 1. n. 11. seqq. Ex quibus causis Joachimus reus in sua intentione fundatus esse & absolutionem ab hac actione mereri videbatur.

Attamen cum debitum Javoleni pro mutuo 300 thal. speciali pignoris nexus sit obligatum, & in jure notum, quod si res specialiter obligata, in alterum translata sit, creditor possit mox, non excussis debitoris bonis, contra tertium pignoris possessorem experiri, & rem obligatam repeteret Novell. 112. cap. 1. verf. ab hoc antem. Carpz.

p. 2. c. 18. d. 18. it. p. 1. Dec. 12. n. 13. B. Brunneman. ad L. 16. n. 10. ff. de pignor. Richt. ad Autb. sed bodie n. 5. C. de obl.

& Act. Quæ omnia in casu præsenti tanto magis inventunt locum, quia oppignoratum nomen ne quidem reverta in tertium translatum, sed apud debitoris filiam, quæ patris heres facta, remansit. Dós enim manet proprium uxoris patrimonium arg. L. 3. §. Ergo etiam s. ff. de minor. L. 30. C. de jure dot. Quando itaq; debitor ejusve heres rem oppignoratam possidet, creditor eam mox, relictis aliis bonis excutere potest. L. fin. C. de Oblat. & Act. junct. Nov. 4. cap. 2.

Translatio quoque dominii per titulum dotes, jus hypothecæ tollere nequit, notum est enim, quod hypotheca ipsam rem afficiat. §. item Serviana 7. f. de Act. res vero transit in alterum cum suo onere, qualiscunque etiam hic possessore sit. L. cum fundo 36. & ibi Bald. ff. de servit. rust. pred.

12 Nec est, quod nomen hoc ad annum tantum oppignoratum esse dicatur, siquidem hypotheca, tanquam accessorium

## TENETVR CREDITORI.

39

rum obligationis principalis, conditionem hanc annam habet: Si debitum intra anni spatium solutum fuerit. Quod quia factum non est, hypotheca utique suam vim retinet. Mora enim Rei sicuti Fide jussori nocet, ut scilicet etiam postea teneatnr. L. Mora 88. ff. de V. O. & ibi Dd. Ita quoque hypothecam continuabit, donec de debito satisfactum sit; præsertim quia hic non tam ipsa hypotheca est certo tempore circumscripta, quam dies solutionis destinatus, quo non observato, nihil decedit hypothecæ.

Itaque Joachimum, non attentis exceptionibus suis, de nomine suo thal. quod in dotem accepit, Augustino solvere debere, judicatum est.

14

Deciso

## RESOLUTIO XVII. De æstimatione fructuum restituendo- rum in Pomerania.

**H**eredes Stichi, penes quem grec ovium, ad Nera-  
tium pertinens, crediti jure fuerat, retinuerunt  
cum, donec creditum solveretur, interea vero o-  
ves, sine tamen culpa heredum omnes moriebantur: hac de  
causa heredes in iudicium vocati, tandem condemnati fu-  
erunt per sententiam d.ç. Maij 1679. ad restitutionem fru-  
ctuum tam perceptorum quam percipiendorum. Quæ sen-  
tentia varie quoque confirmabatur, donec die 3. Novemb. e-  
iusdem anni, & sic post rem judicatam, per aliam sen-  
tentiam fructus ita determinarenrur, ut legitimum usurarum  
modum excederent: contra quam sententiam heredes Sti-  
chi nullitatem opposuerunt. Unde nata quæstio. An  
Posterior sententia pro nulla habenda, & prior executio-  
ni mandanda esset?

1  
Casus

2  
Quæstio

Equidem videtur sententia posterior de jure valida  
esse,

3  
Rat. Dubi.



40 RESTITUENDORUM IN POMERANIA

esse; nam in priore non erat determinata quantitas fructuum perceptorum & percipiendorum, cum ergo super puncto nondum decisio judicatum, non erit sententia rei

judicatae contraria, ut nullitas ei obsteret. Porro notum, quod creditores hypothecam vel pignus possidentes, fructus perceptos & percipiendos restituere teneantur. L.3.

5 C. de pign. act. Jam vero manifestum est, quod fructus ejusmodi legitimum usurarum modum facile excedere, & sic de jure tanquam interesse peti valeant. Jam vero Creditor, quotiens probare potest interesse, non tenetur ordinariis usuris contentus esse, sed ei liberum est, petere quantum ipsi abest, quantumque lucrari potuissest arg. L. ff. rem pat. haber. Carpz. C.30. def.9.

6 Verum tamen quia ex variis praejudiciis Dicasterii Ele-

Rat. Decid. etoris ostendebantur; quodin Pomerania haec observantia recepta, ut loco fructuum restituendorum computetur ordinariae usurae. Et ejusmodi observantia, praesertim si per judicata fuerit approbata, vim & auctoritatem Legis

7 habet. L.34. & L.38. ff. de LL. Francisc. Viv. Decis. 36. n.12.

8 Tom. 2. Adeo ut observantia omnium actibus dominetur.

9 Pruckmann. Consil. 38. n. 9. Hinc sententia contra stylum

10 & observantiam lata ipso jure nulla. Bartol. Bertazz. clau-

11 ful. 4. Gloss. 36. n. 5. Guid Papæ. Decis. 292. n. 2. Nec execu-

12 tioni mandanda. Ludovic. d. Decis. 36. n. 12. Quibus per-

penis adparet, sententiam posteriorem contra observan-

13 tiam latam esse; quia in priori restitutio fructuum usque

ad mortem ovium reis injuncta, quorum fructuum quan-

titas & certitudo ex moribus Pomeraniae dependet, scil.

juxta quantitatem usurarum.

Quapropter intentionem heredum contra sententi-  
am posteriorem juri consentaneam esse pronunciatum.

RESO.

## RESOLUTIO XIX.

Minorenitatis Beneficium in Processu  
summarissimo non attenditur.

**V**Idua quædam pro se & filio suo minorenni subscripsérat chirographum Glassenio datum, in quo pro mutuo 700*ibid.* huic Creditori concessa erat hypotheca in prædio quodam, cum clausula constituti possessorii: non multo post Glassenio per mandatum judicis de non turbando confirmata fuit possesio rei hypothecata; sed contra hoc opposuit debitor exceptionem minorenitatis, qua tamen non attenta per Decretum de die 18. Aug. 1676. confirmabatur mandatum, remiso minore ad petitorium. At vero contra decretum dictum petit debitor restitutionem, eamque obtinuit, adeo ut obligatio clausula de constituto possessorio, iuxta & mandatum de non turbando castatum fuerit: qua sententia Iesus Creditor restituī se petebat, hinc quæstio resultabat: An contra hanc sententiam, in favorem minorenis latam, restitutio obtineri posset?

Tempore quidem obligationis contractæ debitor fuit minorenus, & ita contra contractum, ex quo Iesus etiamsi tutores consenserint, restituendus est. L. i. C. situor, vel Curator intervenit. In primis quia præmium hypothecatum fuit cum constituto possessorio, per quod possesio hypothecæ in creditorem translata; jam vero non valet obligatio vel alienatio bonorum immobilium minoris, nisi Decretum Magistratus interpositum fuerit. *i. t. C. de vred. Minor.* Neque obstat, quod Minor postea novum chirographum, creditori datum, subscripterit, cum clausula juratoria, in quo a matre gesta ratihabebat, quia id inter pocula sine sufficienti deliberatione factum; quan-

Casus

2 Quæstio

3 Rat. Dubit.

4

5

F

dequi-

42 RES. XIX. MINORENNITAT. BENEFICUM  
doquidem jurato minor afferere vult, se illo tempore e-  
brium, nescivisse, quid subscripsit. Juramenta autem  
minorum non aliter eos obligant, quam si sponte & deli-  
berato prætentur, non si dolo vel metu minores adjuran-  
dum inducuntur. Autb. sacramenta pub. C. Si adversus vendit.  
Immo prædium hypotheca oneratum, feudale est, cu-  
jus oppignoratio sine consensu domini fieri non potuit;  
Domini autem consensus adhibitus non fuit. 2. Feud. 55,  
de probibit. feud. alien.

- 7 Rat. Decid. Veruntamen quia certum fuit, veram & manutenibi-  
lem possessionem prædii questionis in creditorem trans-  
latam esse: Constitutum enim possessorum idem opera-  
tur, ac si res revera tradita fuisset. Tiraquell. d. Constat. pos-  
ses. P. 2. Ampliat. 1. n. 2. Et sic transfert possessionem ad  
quoscumque effectus, & ad omne remedium possessorum,  
Postius de Manuten. obf. 20. n. 14. sqq. Mevius P. 5. Decis. 357.  
2 quemadmodum etiam mandata varia pro hujus posses-  
sionis manutentione emissa fuerunt: pro tali vero possesso-  
rem tamdiu pronunciandum, isque in possessione tuendus, do-  
nec constet de jure petitoris. Gail. lib. 1. Obf. 5. n. 5. Gutierrez  
10 Pract. Quest. 1. 5. quest. 78. n. 4. Atque hic non nisi in pos-  
sessorio hucusque litigatum est, ubi non ad justitiam tituli,  
sed ad actualem possessionem respicitur; quæ enim jus al-  
terius concernunt Exceptiones, illæ cum ad petitorum  
spectent, in hoc judicio non admittuntur. Gerhard. Phan-  
kuch. de summaris. poss. lib. 2. cap. 4. n. 5. Menoch. Rem. Ret.  
poss. 3. n. 739 sqq. Unde Exceptio minorenitatis in sum-  
mariissimo plane non invenit locum, nam etiam minoris  
rem occupans, acquirit detentionem, & in ea est manute-  
nendum Post. de Manutenent. Obf. 14. n. 3. & P. 2. Decis. 295.  
11 n. 3. Taceo, quod minorenitas ad impetrandam resti-  
tutionem minime sufficiat, sed læsionis probatio sit ne-  
cessaria.

IN PROCESSU SUMMARISSIMO.

43

Maria, Sfor. Odd. de Refit. Q. 36. Artic. 2. n. 10. sqq. Læsio  
rem non præsumitur ob subscriptiohem Matris, tan-  
tam tutricis. Sic exceptio quoque, quod res sit feuda-  
lē est de jure tertii, & non competit Vafallo alienanti,  
domino feudi, Vult. tom. 3. Consil. Marpurg. 35. n. 242.  
quidem omnia ad petitorum pertinent, nam pos-  
sor rei minoris manutenendus est, etiam si allegetur nul-  
lus contractus. Postius d. Tr. Obs. 62. n. n. Ultimo non  
est confirmatio jurata obligationis maternæ prætextu  
egata ebrietatis & non perlecti instrumenti revocari,  
haec exceptiones altioris indaginis sunt, & pariter rejici-  
untur in processu summariissimo, utpote in quo minor  
præjudicare potest. Postius Obs. 57. n. 38.

13

14

15

16  
Decisiō

Hinc Glassenium contra sententiam pro minore la-  
restitui & in possessione defendi debere, donec in pe-  
riore aliud evictum fuerit, existimatum est.

**HENRICUS BODINUS,**

Ctus, Sacræ Regiæ Majestatis Borussi-  
& Consil. Regim. Eccles. in Ducatu Magde-  
burg. & Prof. Juris,

Nobiliss. ac Consultiss.

**DN. JOACHIMO CHRISTIANO**

**PONATH,**

Advocato Dicasterii Regii Pomeran. Ordi-  
nario Clarissimo,

*Amico suo defecato, pro ambiendis*

*Titulis honorum in Academia Fri-*

*dericiana disputanti.*

*Sal. pl. 4.*



**L**ustrum & quod excurrit, jam vertitur, quo te jam fere Cate-  
didatum juris existentem assiduum mearum lectionum au-  
ditorem, ac ex dubiis mihi privatim communicatis enixa-  
tuam voluntatem de vera justitiae administratione exercenda ob-  
servavi, Teque ub hoc intensius amare incepi, ac familiariori am-  
icitia dignum judicavi, quam post tuum abhinc discessum littera-  
continuare, teque huc reversum in arctius hospitii vinculum re-  
pere mihi ansam dedisti, & dum publicam quasi tesseram conce-  
dia nostræ in forum & theatrum abituriens jam a me expetis, his  
prolixum meum erga te affectum sincero corde contestari de-  
bium non vocavi. Gratulor simul meritos ab inlyta nostra Faculta-  
te tibi destinatos honores, & precor uthorum mox instanti du-  
communicatione cum svavissima Amasia illis in longævum frui,  
de perpetua felicitate gaudere possis, quam in constantianimi tra-  
quillitate consistentem tunc demum largissime obtinebis; si in ad-  
ministratione justitiae & que ac in omni vita, Charitatem quoniam  
docunque offendere sollicite caveas, ac sub nullo apparenti en-  
lumento, vel dubia tantum deliberatione, ab ejus officio en-  
quempiam recedas, aut aliis in eo assistas; certus quod & in en-  
actione ejus quod justum est, sine charitatis exercitio, si  
quis condemnationem illius servi nequam auditurus sit, ac perfid-  
sus, quod indevotionem aliquam legitimis velamentis proteg-  
jura aversentur; his ergo Jurisconsultus non solam justitiam pro-  
moturus, utpote propter quam Spiritus a Sanctissimo Salvato-  
re impetrandus mandum puniet, sed illud, quod juxta praescripta  
superiore leges justum est, charitate temperaturus; quod inten-  
tionali amore, hoc est in Deo, ejusque timore fideliter ita prafac-  
tum, certam promissionem perennis hujus & alterius vitæ felici-  
tatis promovet. Ego interim nullus dubito, quin pro Candore et  
hanc meam admonitionem æquisime accepturus, mihi que non  
favorem nunquam denegaturus sis. Dabam Halæ Magdeburgi  
d. 20. Septembr. anno 1706.

¶ (o) ¶

**ULB Halle**  
003 890 406

3



36,



B.I.G.

Black

Farbkarte #13

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

4680  
1706 27 11  
9

MO INAUGURALIS  
exhibens  
**UTIONES**  
**I IN POME-**  
**NTILATORVM,**

QVAM  
ERICIANA ACADEMIA,  
GNIFICENTISSIMO,  
INCIPE AC DOMINO,  
PO WILHELMO,  
ARCHIONE BRANDENBURGICO  
JURICI GUBERNATORE, &c.  
Æ S I D E

**E STRYKIO, JCto,**

ENTISSIMI REGIS BORUSSLÆ  
PROFESSORE PRIMARIO,  
JURIDICÆ ORDINARIO,  
VENERANDO,

**FRIDERICIANA**  
**ICENTIA**

Jure Honores & Privilegia  
ite consequendi,

**ORIO MAJORI**

& pomeridianis

A. O. R. M DCCVI.

um examini submittit

**TIANUS PONATH,**

Regii Pomeraniae Ordin.

Johannis Jacobi Krebsii, Academ. Typogr.